

Log. y. in Zedler's

Ms. 48. Q



Disputatio XVII.

Ex

TIT. XXI. XXII. LIB. TER-
tij Institution.

PERTRACTANS

DE

FIDEIVSSORIBVS.

ET

LITERARVM OBLIGA-
tionibus

QVAM

D. C. A.

defenrdere conabitur

M. MICHAEL BERINGER,
VLBACHENSIS.



TVBINGÆ,
Typis Georgij Gruppenbachij,

M. D. XCVII.

AAA

INDEX XVII

DEUTSCHLAND

1. DEUTSCHLAND

2. DEUTSCHLAND

3. DEUTSCHLAND

4. DEUTSCHLAND

5. DEUTSCHLAND

6. DEUTSCHLAND

7. DEUTSCHLAND

8. DEUTSCHLAND

9. DEUTSCHLAND

10. DEUTSCHLAND

11. DEUTSCHLAND

12. DEUTSCHLAND

13. DEUTSCHLAND

14. DEUTSCHLAND

15. DEUTSCHLAND

16. DEUTSCHLAND

17. DEUTSCHLAND

18. DEUTSCHLAND



DISPUTATIO XVII.

Ratio Ordinis.

Varijs hætenus monstratis Stipulationum modis, nunc de Fideiussoribus est agendum, qui principali obligationi stipulatione plerunque interposita accedunt, ut creditoribus (quorum interest plures habere obligatos) plenius (a) possint cauere.

a) h. in princ. l. 1. parag. 1. ff. de oblig. & act. Hic enim in Institut. de Fideiussoribus ideò agitur, tum quia fideiussio tantum fit Stipulatione parag. ult. infra h. tum ut stipulatio est alterius obligationis confirmatio parag. 1. supra et quasi accessio, ita & fideiussio. In princ. h. l. 2. ff. eod.

T H E S I S I.



FIDEIUSSOR EST ACCES- Tit. 21. lib. 9.
sio quædam, qua quis pro alio obligato fidem su- Instit. de fideiussor.
am astringit verbis, ut eius creditori magis sit cau-
tum, principali debitore nihilominus obligato
manente.

l. 1. C. de constitut. pecun. parag. 1. h. l. Lucius 24. de fideiuss. l. 8. h. de fideiuss. l. 12. l. 4. §. 23. & seq. C. h. dicitur interdum & expromissor, sed improprie, quia expromissor est is, qui totam obligationem in se recipit parag. venditor supra de rer. diuis. l. & eleganter de dot. mat. l. 53. de contrah. empt. Sunt autem in iure duo genera cautionum: Rerum, ut pignus Hypotheca, & persone, ut Fideiussio parag. ult. infra de replic. l. 1. parag. cauere de collat. bon. si mandato in fin. mand.

I I.

Regulariter omnes fideiubere possunt, nisi qui arcen-
tur. (a) Arcentur verò mulieres propter naturæ imbecilli-
tatem per Senatusconsultum Velleianum, (b) miles (c)
serui extra rem peculiarem. (d)

a) qui enim stipulari vel obligari potest regulariter fideiubere potest, & eleganter hoc explicat 420. ad tit. C. de fideiuss. (b) l. 3. l. 10. parag. filiusfam. de fideiuss. l. 8. C. eod. tot. tit. ff. & C. ad Senatusc. Velleian. vide Gail. 2. obseruat. 89. & 90. Gomez. 2. Res. 13. (c) l. si milites C. de locat. & Cond. l. 8. parag. 1. qui satisd. cog. (d) l. 19 seruus ff. vide fideiussor. l. 25. parag. 2. de solut.

Aaa 2

Eras-

2 DISPUTATIO DECIMA SEPTIMA.

III.

Et assumitur fideiussor omnibus negocijs vel obligationibus, siue re vel verbis, siue literis vel consensu sint contractæ. (a) Nec refert, vtrum obligatio sit naturalis tantum, an verò tantum ciuilis, (b) accessoria, an principalis? (c)

a) parag. 3 h. l. 1. 2. 6. 7. 8. parag. 1. h. de fideiuss. contra igitur si nulla procedat vel adsit obligatio, nec valebit fideiussio, l. 27. 31. 46. 56. parag. si numos, & l. 70. parag. si à seipso ff. eod. l. 6 de verb. oblig. fideiussio enim est accessio parag. fideiussoris, h. accessio autem requirit principale, cui inuitatur, parag. cum in suo solo supra de rer. diuis. Quod & in pignore obtinere disp. præcedenti, d. est. ubi hoc pignus non accedere populari actione, quæ & hic locum habet, l. 56. parag. vlt. h. ratio ibi explicata. (b) parag. 1 h. l. 7. l. 16. parag. 3. l. stipulatus 6. parag. vlt. hic, ut si quis fideiubeat pro seruo obligato naturaliter, is qui fideiussit etiam obligatur ciuiliter. Et ita in duriores quasi causam, l. 70. si à me parag. adeò l. cum fideiussor, 35. h. At cur hoc? cum fideiussor non debeat durius obligari, quam principalis, per infra notat. Res. Sibi debere imputare fideiussorem, cum potuerit abstinere à fideiussione, nam quod seruus obligatur naturaliter tantum, id ex defectu personæ est, qui defectus non est in fideiussore. Et hoc est non durius, sed arctius obligari. (c) l. 8. parag. vlt. h. & est fideiussio fideiussionis.

IIII.

Idem dici potest de obligationibus ex delicto vel quasi descendentibus, veluti si fur ei, cui furatus est, fideiussorem det de pœna furti nomine persoluenda. Intelligendum autem hoc est de ijs maleficijs, quæ puniuntur pecunia, nec corporali pœna affliguntur, cum nemo suorum membrorum sit dominus.

d. l. 8. Gracè parag. sed etsi ex delicto, parag. pro eo etiam parag. & generaliter omnium, l. si quis 56. parag. vlt. l. 70. parag. vlt. & ibi DD. eod. l. liber homo 13. in princ. ad L. Aquil. vide l. 1. l. 3. & 4. de custod. reor. & quæ dicta disp. præcedente de pign.

V.

Potestque adhiberi non tantum præsentis, sed etiam futuræ obligationi. Et hoc est, quod dicitur, fideiussorem posse & antecedere & sequi obligationem. (a)

a) l. 4. 6. in fin. parag. 3. h. & fideiussor talis tum demum rectè conueniri potest, cum reus principalis debere incipit l. fideiussor. 57. h.

VI.

Licet autem fideiussor solenni stipulatione regulariter con-

constituatur, si tamen in instrumento scripserit se fideiuffisse, omnia per stipulationem solenniter acta videntur ac præsumuntur.

l. 12. C. h. parag. ult. h. l. 1. §. 13. C. de contrah. stipul. l. 30. sciendum, l. Titia 134. parag. pen. de verb. oblig. parag. si ita scriptum supra de inutilib. stip. est & casus in l. 4. parag. ult. de fideius. tut.

V I I.

Hinc, quemadmodum in stipulatione nihil refert, quocunque idiomate explicetur: ita & fideiussor non solum latina, sed & Græca, Hebraica, Germanica, Gallica, aut alia quavis lingua accipi potest.

h. in fin. d. l. 12. C. h. l. 10. C. de contrah. stip. l. 1. parag. 5. vers. ita tamen de verb. oblig. l. an inutilis, de acceptil. d. l. 8. h.

V I I I.

Deinde licet regulariter in leuiorem, aut in eandem cum principali causam obligari possit: (a) tamen in duriolem, ut plus quam principalis debeat seipsum astringere nequit. (b) Vnde in duriolem causam fideiussor acceptus an omninò non obligetur quæsitum fuit? Et non omninò obligari veriùs videtur. (c)

a) parag. fideiussor h. l. 34. si quid l. 8. parag. 7. h. Cuiac. 10. obseruat. 23. Hinc si principalis debeat decem, fideiussor accedere potest quinque aut decem, l. 9. l. 70. parag. 2. h. (b) ut scilicet plus debeat, vel ex causa vel re, vel tempore, vel loco, d. l. Gracè d. h. parag. si quis agens infra de act. l. 16. parag. 1. h. l. 49. parag. l. 2. h. l. 34. h. arctius tamen & efficacius se astringere potest, puta sub iuramento, si principalis simpliciter debeat, vide Vvesembec. in Paratit. h. Gomez. C. 13. de fideius. (c) Accursius, Conan. libr. 6. cap. 6. & alij putant, totam fideiussionem inutilem esse, per l. Gracè parag. illud h. ubi Iuriconsultus ait, fideiussorem in duriolem causam adhibitam omninò non obligari. Sed rectius recentiores quidam, ut Baro, Duaren. Cuiac. putant fideiussionem hanc sustineri in currentem quantitatem principalis exemplo stipulationis, l. 1. parag. si stipulanti. Et seq. de verb. obl. arg. parag. 15. qui exequitur infra mandat. l. 4. l. 33. eod. l. hætenus 11. parag. de pet. constit. & illa verba omninò non ita interpretanda, ut in l. 9. si quis cautionem omnes non, pro non omnes, vid. l. 11. parag. 1. vers. Nam si ff. ad exhibendum.

I X.

Qui itaque hoc modo fide sua propter debitum creditori cautum esse voluit, non tantum ipse in solidum tenetur, sed etiam ipsius hæredes præportione hereditaria sunt obstricti.

4 DISPUTATIO DECIMA SEPTIMA.

l. 4. parag. 1. l. 9. h. l. 10. l. 24. C. cod. parag. 2. & parag. 5. h. l. 13. C. de contrah. stipulat. l. 1. si certum petat.

X.

Habet tamen fideiussor nouo iure (a) tria beneficia, contra creditorem. Ordinis siue excussionis, qua creditor principalis debitoris bona prius excutere debet, vt inde solutio ipsi fiat. (b) Diuisionis siue Epistolæ D. Adriani, qua plures fideiussores in solidum obligati, obligationem fideiussoriam in solidum contractam pro virilibus portionibus diuidere ita possunt, vt à singulis non nisi rata pars exigatur. (c) Cessionis siue benef. cedendarum actionum, quo vno ex pluribus fideiussoribus parato solidum debitum soluere, cogitur creditor actiones aduersus confideiussores, vt ab his quod solutum, pro rata commodè repetere possit, cedere. (d)

a) Nam iure veteri conueniri potuit fideiussor ante principalem, l. 3. l. 5. l. 23. C. de fideiuss. Paul. 2. sentent. 17. (b) Nouell. 4. c. 1. & Authent. presenti C. de fideiuss. vide Donell. 15. comment. 47. & 48. Gail. 12. obseruat. 27. & 28. Mynsinger. 2. obseruat. 15. Gomez. 2. cap. 13. ubi etiam explicatur, quando huic beneficio locus non sit. (c) si modo tempore litis contestata soluendo sint, parag. si plures h. l. 10. parag. 1. l. 26. l. si plures 27. l. inter eas, 51. in princ. h. l. 10. l. 23. C. cod. Nouell. 99. l. 1. C. de diuis. tut. vid. Gail. & Gomez. d. l. Mynsinger. in d. parag. si plures. Donell. l. 2. C. h. & cap. 13. C. de duobus reu. (d) l. 36. l. 39. h. l. si 17. l. Modestinus 75. de solut. vide Donell. in l. 11. num. 7. C. h. Cuiac. libr. 19. cap. 34.

XI.

Quin imò si debitor principalis diu protrahat solutionem, aut bona sua dilapidare incipiat, poterit fideiussor ab illo principali liberationem & dimissionem vrgere.

l. Lucius 38. C. mandat. l. si pro 10. C. cod. arg. l. 8. de procurat. Gail. 2. obseruat. 29.

XII.

Explicatis duobus generibus Obligationum, quæ Re aut Verbis: sequitur nunc tertium, Obligatio, quæ Literis contrahitur.

parag. ult. aut literis, ubi Hotoman. supra de oblig.

XIII.

Et olim quidem scriptura fiebat obligatio, quæ Nomin-

minibus fieri dicebatur, quæ nomina ampliùs non sunt in
vñu.

duplex est literarum oblig. vetus & nova. De noua hic & in tit. C. de numer. pecun. de veteri hoc tenendum, quòd fuerit obligatio, qua quis alteri solenni scriptura siue literis, obligabatur: sine qua id, quod ex alio contractu vel causa debebatur solenni postea scriptura confecta deberi ex hac obligatione incipiebat. Hac enim vetus literarum obligatio erat etiam vñ stipulatio accessoria & confirmatoria alius obligationis. Solennitas in eo consistebat. Accersiebantur viri honesti quidam, coram quibus contractus antea celebrabatur exponebatur, hi viri mox instrumentum, per notarium inde confectum obsignabant, quod Romæ olim ferè apud argentarios fiebat. Vnde & hæc obligatio Nominum dicitur, quia ciuium tabula & nomina ac signa adhibebantur, vt eleganter Cicero tradit 4. ad Att. Epistola vlt. lib. 3. Off. Senec. 2. de benef. cap. 21. & libr. 3. cap. 19. ea autem quia iam ante Iustinian. exoleuerat, etiam eius mentio deleta est. Et Caius in obligationum generibus enumerandu eius in l. 1. de oblig. & act. non meminit. Et denique ubi in Iure nominis mentio fit, id ad omnes obligationes referri debeat.

X I I I I.

Sed hodiè contrahitur literarum obligatio, cùm debitor spe numerationis futuræ dat creditori chirographum, in quo fatetur, se certam pecuniæ summam ex certa obligationis causa ab eo mutuò accepisse, quæ tamen postea non sit numerata.

parag. planè si quis h. Duaren. ad tit. C. de non num. pecun. l. 14. C. d. t. Donell. 14. cap. 39. exprimi autem in scriptura siue chirographo debet certa obligationis causa, l. 3. C. h. t. Donell. d. libr. 14. cap. 37.

X V.

Et isthæc literarum obligatio, si communem Iuris Ciuilis rationem sequimur, omninò obligat & constringit, & qui eam scripsit tenetur ad præstationem: verùm legibus comparatum est, vt allegans pecuniam non numeratam, habeat exceptionem Pecuniæ non numeratæ. (a)

a) tot. tit. h. vide l. 14. & tot. tit. C. de non num. pecun. parag. 1. l. Gomez. 2. liby Var. resul. 6.

X V I.

Illa autem exceptio intra quinquennium olim opponebatur, sed hodie ex statuto Iustiniani opponenda est intra biennium, & si debitor hoc fecerit, non solùm liberatur, verùm etiam omne probandi onus in ipsum creditorem deuoluit.

6 DISPUTATIO DECIMA SEPTIMA.

uit, ut scilicet probet pecuniam, cuius chirographum meminit, reuera numeratam esse. (a) Quòd si verò hoc tempus neglexerit, ad solutionem tenetur. (b)

a) parag. 1. h. d. l. 14. C. h. præsunt enim legislator contra chirographum pecuniam non esse numeratam, utcumque chirographum hoc testetur: partim propter odium feneratorum, qui plerumque exigunt syngraphas, antequam numerent: partim propter facilitatem ipsorum debitorum, qui facile quamlibet confessionem exhibent, modò spes sit aliquando numeratum iri pecuniam. (b) parag. 1: h. d. l. 14. quia non est verisimile debitorem tam negligentem fuisse, ut intra totius biennij spacium non exigeret pecuniam, aut certè chirographum datum reposceret.

FINIS DISPUTATIONIS
DECIMÆ SEPTIMÆ.

Kc 2938

ULB Halle 3
004 977 297




Sb.

nl







Disputatio XVII.

Ex
TIT. XXI. XXII. LIB. TER-
tij Institution.

PERTRACTANS

DE

FIDEIVSSORIBVS.

ET

LITERARVM OBLIGA-
tionibus

QVAM

D. C. A.

defenrdere conabitur

M. MICHAEL BERINGER,
VLBACHENSIS.



TUBINGÆ,
Typis Georgij Gruppenbachij,
M. D. XCVII.

533

